

quamquam scripta Nicolai Copernici, nobilis
 astrologi, de mundi revolutionibus prorsus prohiben-
 da esse Patres Saere Congregationis Indicas censu-
 erunt ea ratione, quia principia de situ et motu
 terreni globi, sacrae Scripturae eiusque verae et catho-
 licae interpretationi repugnantia (quod in homine
 christiano minime tolerandum est) non per hypothese[m]
 tractare, sed ut verissima adstruere non dubitat:
 nihilominus quia in iis multa sunt reipublicae
 utilissima, unanimi consensu in eam evertunt
 sententiam, ut Copernici opera ad hanc usque
 diem impressa, permittenda essent, prout permis-
 erunt, iis tamen correctis, iuxta subiectam emen-
 dationem, locis in quibus non ex hypothese, sed
 asserendo de situ et motu terrae disputat. Quia
 vero deinceps imprimendi erunt, non nisi praedictis
 locis ut requiritur emendatis, et huiusmodi correctione
 praefixa Copernici praefatione permittantur ...

Datum Romae 1620

Jr. Franc. Magdalenus Capiferreus O. P.

praedictae S. Congr. secretarius.

[NB Sunt nomen praefecti sive Bellarmini, sive eius successoris

Card. lus Berulacqua

Ind. libr. prohib. Alex VII P.M. iussu editus, Romae 1664

Bibl. P.V. III 194 F